

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Charmides, vel, de temperantia

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)



HIP. Quod & tibi. SOC. Figura itaq; inconcinnitas voluntaria ad virtutem corporis attinet, contraria vero ad vitium. HIP. Apparet. SOC. De voce vero quid ais? Vtram meliorem asseris? ex animine voluntate dissona, an ex inertia? HIP. Ex animi voluntate. SOC. Alteram vero peiorem. HIP. Absq; dubio. SOC. Vtru bona optas habere an mala? HIP. Bona. SOC. Vtru eligeres pedes habere qui dedita opera claudicarent, an qui inuiti? HIP. Eos plane qui de industria. SOC. Claudicatio pedu nonne vitium est atq; deformitas? HIP. Est. SOC. Hebetudo aut nonne vitium est oculorum? HIP. Vitium. SOC. Vtros igitur potius oculos eliges, eosne quibus sponte quis confuse videat vel peruersè inspiciat, an contra quibus nolens male aliquis videat? HIP. Eos quibus volens. SOC. Ex his vero q; tua sunt, potiora censes illa q; male agunt sponte, quam qua inuita? HIP. Eiusmodi quaedam videlicet. SOC. An non & reliqua oia, aures, nares, os, omnesq; sensus ratio vna comprehendit, qua docet sensus prater propositum peccantes, eligendos esse nunquam, utpote qui prauis sint: eos aut qui ex instituto, tanquam bonos, potius eligendos? HIP. Mihi quidem videtur. SOC. Quorum vero instrumentorum melior usus? Vtrum quibus volens aliquis errat, an quibus nolens? Ceu gubernaculu, vtrum melius illud quo de industria quispiam male gubernet, an quo inuitus? HIP. Quo de industria. SOC. Nonne arcus similiter, & lyra, & tibia, ac cetera oia? HIP. Vera loqueris. SOC. Vtra equi aia ad possidendum melior, eane qua sponte quis male equitet, an qua inuitus? HIP. Qua sponte. SOC. Est itaq; melior. HIP. Est. SOC. Meliori igitur equi aia mala huius aia opera volens quis faciet, contraria vero contra. HIP. Omnino. SOC. Nonne eadem de aia canis eae terorumq; aia alium ratio? HIP. Eadem. SOC. Vtrius aut sagittatoris aia tanquam meliorem eligeres? Illiusne qui volens aberrat a signo, an illius qui nolens? HIP. Illius qui vtro. SOC. An non haec ad sagittandi arte melior? HIP. Melior. SOC. Quare aia qua aberrat inscia, deterior est ea qua sciens aberrat. HIP. In sagittandi videlicet facultate. SOC. Quid vero in studio medicinae? nonne qua medendo dedita opera mala quada corporibus infert, quo ad medicinae arte pertinet, peritior est quam illa qua per ignorantiam peccat? HIP. Plane. SOC. Ergo haec in medicina arte est melior. HIP. Melior. SOC. Vtra vero ad citharam pulsandam vel instandas tibias, & alia vniuscuiusq; artis, vel scientia opera est instri- elior, nonne ad haec & melior? & si quando prater artem male quid facit, de industria facit: qua vero deterior, prater sniam? HIP. Apparet. SOC. Seruorum aut animas eligemus potius qua scientes circa ministeriu peccant, quam qua ignorantes, quasi ad haec opera meliores? HIP. Sane. SOC. Animam vero nostram, nonne quam optimam exoptamus habere? HIP. Nepe. SOC. An non melior erit, si sponte mala facit atq; delinquit, quam si nescia? HIP. Graue id esset o Socrates, si qui sponte iniuriatur, meliores essent his qui no sponte. SOC. Ex his tamen q; supra dicta sunt, sequi videtur. HIP. Mihi vero nequaquam. SOC. Putara Hippia ide tibi quoz videri. Responde igitur iteru. Iustitia nonne vel potentia qdam est, vel scientia, vel vtruz? An non necesse est aliquid horu esse iustitia? HIP. Necesse. SOC. Si potentia qdam

anima iustitia est, potentior anima, iustior erit? Melior enim o vir optime haec talis nobis apparuit. HIP. Apparet certe. SOC. Quid vero si scientia iustitia sit? Nonne qua sapientior anima, illa iustior? qua insipientior contra iniustior? HIP. Ita est. SOC. Quid si viruz? An no qua ambo haec habet, scientiam scilicet & potentiam, iustior erit? qua non habet, iniustior? Nonne ita re se habere necessarium est? HIP. Apparet. SOC. Quae vero potetior, & sapientior est, ea melior apparuit esse, & ad vtraz, tam pulchra quam turpia circa quamlibet actione peragenda paratior? HIP. Certe. SOC. Quoties itaque turpia facit, volens facit propter artem atq; potentiam. Haec aut, vel ambo, vel alterum, ad iustitiam pertinet. HIP. Videtur. SOC. Enimvero iniuriari, mala facere est: non iniuriari, bona. HIP. Sic est. SOC. Nonne ergo potetior ac melior aia, quoties iniuste ager, sponte ager? Prava aut contra? HIP. Apparet. SOC. Nonne vir bonus, qui aiam habet bonam? Malus contra qui malam? HIP. Absq; dubio. SOC. Quamobrem boni viri est, sponte iniuriari, mali aut non sponte. siquidem bonus vir aiam bonam habet. HIP. Habet quidem. SOC. Si quis est igitur horum qui sponte aberrer, turpiaq; & iniusta committat, haud alius est o Hippia quam vir bonus. HIP. Concedere tibi ista non possum o Socrates. SOC. Neq; ego ipse mihi Hippia, veruntamen ex superiori sermone necesse est in praesentia nobis ita videri. At vero, ut supra dicebam, circa haec semper sursum deorsumue reuoluor, nec in eadem persisto sententia, neq; mirum est me, metuz similes, rudesq; homines ad contraria circumuagari, si & sapientes vos oberretis. Id autem nobis graue malum, si neq; etiam ad vos profecti errare cessemus.

## CHARMIDES, VEL, DE TEMPERANTIA.

MARSILII FICINI  
ARGUMENT.



TVDIVM Socratis in hoc dialogo est, omnes quidem ad temperantiam cohortari: Tres vero praecipue, scilicet adolescentes, & nobiles, atque pulchros. Adolescentes quidem propterea, quod cita morbis adhibenda est medicina. Principis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas inualere moras. Nobiles quoque, tum ut ostendat veram in virtute nobilitatem esse ponendam, tum quia nobiles plerumque ceteris exemplo sunt, et quod tunc ad rempublicam admittuntur, grauissimo, si mali sint, humani generis detrimento. Formosos denique: nam hi potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quo fit, ut magis exeat medicina. Praeterea formosi studere debent, ut quemadmodum natura corpori breuem tradidit pulchritudinem, sic ipsi vicissim Deo naturae auctori, sempiternam animi restituant pulchritudinem. Neque vero permittendum est, ut cum exteriora nostra multis sua pulchritudine placeant, interiora interim sua deformitate dissoluant. Est omnia in hoc dialogo mirificam habeant allegoriam, amatoria maxime, non aliter quam cantica Salomonis, mutau tamen nonnihil, nonnihil etiam praeuertit. Quae enim consonabant castigatissimi auribus Atticorum, rudiorebus forte auribus minime consonarent. Ideoq; Aristarchus quidam Homericus, imo vero Platonius, quae minus consonant, diceret non Platonius esse, sed Chroni. Tria vero in ipso exordio notanda sunt in primis, quae amorem ab hac forma corporis ad incorpoream transferunt pulchritudinem. Primum, quod inquit Socrates se inter pulchrum hunc, & pulchrum illum, nihil discernere, sed pulchros sibi cunctos aequè placere: quasi dicat, non in minus corporis forma sistendum esse pedem, sed ad ipsam commu-



nem speciei totius pulchritudinem ascendendum. Quae cum una sit in multis, ideam pulchritudinis unam refert super multa. Quemadmodum igitur ab individuo ad speciem, & a specie ad idem cogitando transcendimus, ita & ab amore formae huius, ad amorem communis formae primo, deinde ad formae idealis amorem pergere admodum nemur. His addidit Socrates corporis pulchritudinem non propter se amandam, sed tanquam divinae pulchritudinis imaginem nobis exhibendam. Iubet postremo nudare animum, corporisq; forma posthabita, decorem animi, tum naturalem inspicere, tum studio comparandum diligentius adhibere. Et interea corripit Charephontem qui nescio quid de nudando quasi in palestra corpore dixerat. Neque iniuria exhortationem ad temperantiam a pulchritudine corporis exorditur. Haec enim temperantia quaedam est linearum, atque colorum. Sed ab hac proximè transit ad corporis sanitatem, quae etiam est temperantia quaedam, humorum scilicet atque membrorum. Tertio ab hac ad animi ipsius ornatum, qui & in affectu temperantia est, ipse motuum scilicet moderatio: & in cognitione quaedam similiter est temperantia, in quadam intelligentia cum rebus quae intelliguntur concinna congruitate consistens, ut non immerito Pythagoras temperantiam virtutem omnium esse dixerit saluberrimam, tam publice quam privatim humanae societatis conservatricem: praeterquam cum & iustitia temperantia quaedam sit, id est convenientia in commutando distribuendoq; moderatio. Profecto quamvis temperantia proprie circa colibendas vehementes libidines voluptatesq; versetur, tamen similitudine quadam transfertur & ad cupiditates omnes amputandas, & ad actum quemlibet moderandum, ut etiam officium fortitudinis in audacia timorisq; moderatione versetur, similiter iustitiae in praemiorum poenarumq; modo, liberalitatis quoq; in erogandi modo, denique totius vitae salus, ut nequid nimis. Hinc Pythagoricum illud, Mensura omnium optima. Sed memento illos in Phaedone negari temperatos esse, qui corpore & voluptatis gratia a voluptatibus abstinent. Iubet enim actiones mortales ad purgandam mentem referri, consequendae sapientiae divinaeque similitudinis gratia. Tanta vero est excellentia temperantiae, ut & eam omnes in operibus suis obferunt artifices elegantes, & ipsius virtute non solum corpus sub luna quodlibet, verumetiam calum ipsam niuersumq; servetur. Quod in Gorgia sapientum testimonio confirmatur. Hinc illud simile, Disponit Deus cuncta suaviter. Item in numero, pondere mensura cuncta disponit. sed iam ad dialogum revertamur. Socrates dum ex sententia magorum vetat curari corpus antequam curetur animus, manifestè eos improbat, qui minima curantes, maxima negligunt, veluti qui equis & canibus egrotantibus remedia quaerunt, in sui vero corporis & animi morbis medicos minime consulunt. Minima quaeque suppellectilia ritè componunt, ipsi interim & animo & corpore incompoti. Intemperato animo citharà temperant. Quotidie aliena curiosè tractant, propria deserunt. Omnia verè praeter animum ipsum nobis sunt aliena. Ideo corporis medicinam solum appellavit, rem leuem, fragilem, & omnino mutabilem, ac penitus contemnendam. Significat etiam multa nobis incommoda tum corporis, tum fortunae ob intemperantiam frequenter accidere, atque contra complurima bona per temperantiam provenire. Item animo perfectè composito, quaecumque accidunt, tam & prudenter disponi, et aequè tolerari, ut nihil tandem euadat in malum. Incomposito vero animo, nihil bonè, vel in corpore, vel extra posse componi. Exponit autem in Cratylo nomen temperantiae & eum Sophrosynen, quasi salutem quandam conservandamq; prudentiam. Putat enim animo rerum lumina omnium innata fuisse, ideoq; si in seipsum prorsus insitiat, vera in se omnia consueturum. At vero quo minus insitiat, in causa est immoderatus ad corpus corporisq; affectus: quo fit, ut temperantia opus sit in primis: per quam expulsa perturbationum caligine mens facta serenior, divini solis lumine abundè circumfundatur, unde sapientiam primo recuperet, deinde prudentiam adipiscatur. Quoniam igitur temperantiam sapientia prudentiaq; comitatur, ideo Plato saepe alibi, & in hoc dialogo sub ipso temperantiae nomine sapientiam quoque vult, & prudentiam contineri. Monet autem Socrates Charmidem, ut respiciat in seipsum de temperantia verba facturum. nam haec ipsa in seipsum conuersio, est huius virtutis officium, & quisquis in seipsum penitus conuersus fuerit, tum per ipsam temperantiam ideam innatam menti, humanam intelligit temperantiam, tum moderationem ipsam agnoscentem, qua Deus animae partes ab initio iniucem temperavit, cognoscat qua ratione sit affectus animi temperatus. Accedit ad haec, quod in hoc praerecepto significat neminem nisi temperatum de temperantia loqui ad persuadendum vel debere vel posse. Praeterea traditur in Timaeo, ex consonanti quadam animae tam ad seipsam quam ad corpus modulatione, nobis prospera cuncta contingere. Quoniam etiam Pythagorei, quos Romanus in hoc sequitur Censorinus, si ani-

mus prudenter motiones singulas, tum sui, tum corporis moderentur, perpetuam viriisque sanitatem, & diuturnam vitam corpori pollicentur. Quod quidem plerisque sapientibus sanctisque viris provenisse copertum & Censorinus, & nos habemus. Ad eandem quoque causam aut finalem diuturnas praesorum vitas nonnulli referrent. Sed additur his aliquid mirabilis: Magos carminibus suis immortalitatem corporibus polliceri. Magicem Zoroastri Plato in Alcibiade, nihil aliud quam divinum cultum esse dicit. hic insuper addidit, non magicis tantum carminibus, verumetiam philosophicis rationibus & temperari animum, & corpus vel semper, vel diu saltem procul à morte servari. Profecto oratio illa quae temperantiam audientibus omnino sit persuasura, atque insuper effectura, duo potissimum exigit, & vim à deo infusam, & rationes à philosophis comparatas. Atque orationem è duobus his compositam Plato incantationem nominat magicam. Quae Phabus primo, deinde Pythagorici morbos ab animo & corpore mirabiliter expellebant. Neque verò falsum putari debet, corpus sub anima penitus temperata immortale effici posse, & sub intemperata in morbos, & mala labi. Id enim Mosaicum de primi parentis statu atque lapsu mysterium continet. Atque Avicenna secutus Platonicos & Hippocraticam, probat animum ex ipsa sui natura adeo materiam omnem exuperare, ut cum primum in seipsum fuerit restitutus, possit elementa mundi mira quadam virtute movere, atque habere in corpora quae eius imperium: quo fit, ut multo magis possit in proprium. Quod quidem & ab initio Adam poterat experiri, & quidam putant Enoch & Eliam, & nonnulli suspicantur evangelistam adhuc ratione quadam simili vivere. Sed de his omnibus in Theologia nostra latissime disputemus. Denique, ut summam dicam, mira in hoc virtutis temperantiae declarantur, quod animum infeliciter in deteriora prolapsum, feliciter sibi ipsi restituit. Declaratur & mira potestas animi, à quo omnia tam bona, quam mala in corpus desunt, & quo volente corpus servari valeat incorruptum. Quod quidem Mosaicis mysterijs ferè undique consonat. Post haec sepius quid sit temperantia quaeritur, quod quidem neque Charmides neque Critias nunquam absoluit. Ille enim non temperantiam proprie, sed quae comitantur eam, adducit in medium: hic autem quae ad prudentiam magis pertinent: & id quidem semper ineptè, videlicet ut declararetur non esse cuiuslibet de virtute tam praeclara differere. Inter cetera nota praesicos sacerdotes consuevisse in sacris tertiam libationis partem Iovi servatori praecipue consecrare, ut declararent principium, media, fines omnium ut in Legibus Plato refert, sub Iovis praesidentia disponi atq; servari. Sed ad Critiae ineptias redeamus, dicentis esse scientiam quandam quae tam se quam scientias omnes sciat: res vero ipsas quarum sunt scientiae, nesciat. Quod quidem ideo est absurdum, quia veritas ipsa ratioque scientiae in ipso eorum quae sciuntur quasi quodam contactu congruentiaq; consistit. Praeterea neque perfectè sciri potest scientia, nisi quae scientia sit discernatur: id vero nisi rei cuius sit habeatur, haberi non potest. Item consistetur Critiae posse aliquem quae nullo modo cognoscit, interim cognoscere se non posse. Id autem Socrates idcirco non recipit, quoniam quae nullo modo sciuntur, non possunt interim quodammodo sciri. Quisquis enim animadvertit se aliquid ignorare, coipso agnoscit & se cavere. Si ita indicat, ergo iam notionem ipsius quandam in seipso descripsit, per quam iudicet & se cavere, & quo praecipua careat. Quo fit, ut quicumque rem aliquam se ignorare cognoscit, interea rem ipsam non prorsus ignoret, imò generali quadam adumbratione describat, generali inquam propterea, quod in speciali rerum distinctione scientia perfecta consistit, quam in omnibus disputationibus suis Plato perquirat. Vbi verò Socratem inducit agnoscentem se nihil scire, indicat eum, etsi non speciales, generales tamen rerum descriptiones habere, alioquin ignorantiam suam non posset agnoscere: ideoq; dum sciebat nihil, sciebat quodammodo cuncta. Quoniam verò Critias sermonem de temperantia traduxerat ad prudentiam, & id quidem licentia quadam Platonica, Socrates prudentiam asserit, id est, boni maliq; scientiam, auctoritatem summam ad beatitudinem obtinere, tum quia & bonum finem, & bona ad ipsam media ipsa demonstrat, tum quia omnes tam res quam artes quatenus ab ipsa reguntur, nobis conducunt ad bonum, contra vero nequaquam. Postremo docet Socrates nihil difficilius vel definiti vel comparari quam temperantiam. Difficultas verò definitionis inde procedit, quod vix à ceteris virtutibus quarum ipsa consonantia quaedam est, discerni potest. Adde quod tato difficilius intelligitur, verbiusq; exprimitur, quanto difficilius intrinsecus possidetur. Profecto cum ex ipso corporis commercio maximè ad voluptatem intemperantiamq; proclives simus, in eaq; ab infantia nutriamur, difficillime temperantiam adipiscimur. Praeterea primi sensus affectus videntur nonnulli interdum vel ad fortitudinem per iram audaciamq; conferre,



non ferre, vel ad prudentiam per timorem, vel ad patientiam per dolorem, vel ad iustitiam liberalitatemque per amorem. Temperantia vero semper impetus omnis opponitur. cum enim in summa quadam tranquillitate solum collocari possit, à quoribus affectibus undique impeditur. Auget quoque difficultatem, quod sicut in corpore consonantem omnino humorum membrorumque temperiem, sic in animo harmonicam suorum omnium temperantiam reperire omnium est difficultimum. Quamobrem non iniuria Socrates iam in epilogo quam in exordio, ad temperantiam celesti harmoniæ persimilem consequendam opus esse ait celesti virtute atque diuina, tum animo, tum rationibus & verbis infusa. Vbiq; vero admonet contendendum esse potius, ut sub legitimis institutis temperati efficiamur, quam ut sub dialecticis rationibus de temperantia disputemus: quandoquidem summa quadam difficultate cognoscitur, & cognita sine usu non modo nihil prodest, sed & obest quam plurimum, atque id quod maius est, nisi re ipsa possideatur, perfecte cognosci non potest. Impuro enim rem omnium purissimam non licet attingere.

SOCRATES, CHAEREPO,  
CRITIAS, CHARMIDES.



**D**RIDIE cum Vesperis Potidaea ab exercitu rediissem, protinus solita exercitia reputa quibus diu abuissem, magna cum voluptate repetui, ac Taurei palæstram, quæ ex opposito regij templi est, sum ingressus. Vbi multos comperi partim ignotos mihi, partim notos, & eos quidem plurimos. Qui cum me ex insperato vidissent procul subito congratulati sunt aliunde alius occurrentes. Chærepho præcipue, velut insanus esset, è medio statim profiliens accurrens, ac manu me prehensens, ò Socrates, inquit, quo pacto plio superstes euasisti? Nam paulo ante quam abiremus, apud Potidaeam pugna commissa est, quam hi nuper istic audierant. At illi ego respondens, Ita, inquam, ut cernis, euasi. Nunciatus est, inquit, pugnam acerrimam fuisse, atq; in ea plurimos nobis notos homines occubuisse. Vera, inquam, vobis nunciata fuerunt. An tu, inquit, plio interfuisti? Interfui. Sede hic, nobisq; enarra, nondum n. satis oia intelleximus. His dictis, sedere me prope Critiam Callæchri filium iussit. Sedens itaq; Critia & alijs cogratulatus sum primo, deinde quæ in belli expeditione contingerat, quod quisq; requirebat (alium n. aliud requirebat magis) recensui. Vbi vero hisce de rebus abunde locuti essemus, rursus ego illos interrogavi quænam esset his temporibus philosophia conditio, & qui adolescentes, vel sapientia, vel indole, vel vtriusq; clari. Tunc Critias ad fores respiciens, vidensq; adolescentes quosdam ingredientes & inuicem altercantes, & post eos turbam aliam, quod de honestis, inquit, ò Socrates, percõtabaris, videre mox cogniturus. Nã qui nunc ingrediuntur, p̄cursores sunt amatorumq; cuiusdã qui oium huius temporis honestissimus & speciosissimus indicatur, ac videtur & ipse iam iam ingressurus. Quisnã iste? & cuius filius, inquam? Nosti, inquit, fortassis & tu. Sed cum hinc abisti, nondum adoleuerat. Charmides noueris filium Glauconis patris nostri, patrulem meum? Noui equidem, neq; puer tunc contemnendus erat. Nunc vero adultum esse illum iam arbitror. Statim intelliges, ait, quantus & qualis euaserit. Dum hæc ille dicit, Charmides ingreditur. Ad me quidem, ò amicè, quod attinet, nihil perpendo. Profecto n. perinde sum erga honesta indole claros, ut alba

amissis in albo lapide. Fermè n. omnes ætatis eius homines mihi pulchri videtur. Præcipue vero tunc ille & corporis proceritate & egregia indole mirandus apparebat. Ceteri autem omnes capti eius amore videbantur, usque adeo illius ingressu obstupuerunt turbatiq; sunt. Multi præterea post illum amatores sequebantur. Et quod ad viros attinet, nil mirum: Verum & pueros et ai aduerti, quorum nemo ne minimus quidem alium quenquam intuebatur, sed illum vnu cuncti tanquam imaginem quandam contemplantur. Hic ad me conuersus Chærepho, qualis tibi, ò Socrates, adolescens videtur? an nõ specioso vultu? Mirifice, inquam, Atqui, inquit, si nudare se vellet, vultu præ illa quæ intus latet forma, deformè diceret. Eadem hæc Chærephonti ceteri etiam consenserunt. Insuperabile hercle, inquam, virum narratis, si paululum insuper quiddam huic adisset. Quid istud? inquit Critias. Si optimo, inquam, animi habitu natura decorus esset, qualem esse, ò Critia, consentaneum est vestra est stirpe prognatum. Imò certe quo ingenium spectatur, & pulcherrimus est & optimus. Quid igitur nõ nudamus, inquam, atum prius, interioremq; formam potius contemplantur? Nã cum tantum iam sit, differere gaudebitur. Certè, inquit Critias. Nã & sapientia studiosus est, & ut sibi ceterisq; videtur, valde poeticus. Longa, inquam, serie nobilitate hæc Solonis ex genere trahitur. Verum cur mihi iam adolescentem nõ mostras, huc accersens? Neq; n. dedecet et si esset minor natu, cum eo differere, te patrule eius simul & tutore presente. Probe, inquit. Vocandus est iam. Atq; his dictis ad eum qui ponè sequebatur conuersus, Vocat, inquit, Charmidè. sed heus, dices illi, me velle medico se cuidam committere ob valetudinè quæ de conquestus est nuper. Ad me vero, Critias, nuper, inquit, Charmides cum mane surgeret, caput dolere q̄rebat. Quid prohibet igitur simulare remediũ aliud quod contra capitis grauedine te habere? Nihil prohibet, inquam, modo veniat. At veniet. Quod & factũ est. Venit n. risumq; ingentem oibus concitauit: Vnusquisq; enim nostrum vna sedentium, locũ cedere Charmidi volens quo sederet, proximum dedita opera impulit. Quo factum est ut eorum qui vtrinq; sedebant nouissimi, alterum surgere cogereamus, alterum humi poststratum deceremus. Ille vero accedens, me inter Critiamq; cõsedit. Ego vero, percontante illo vtrũ capitis medelam scirem, via tandè me scire respondi. Quænam ista? inquit. Folium quoddam, inquam. At insuper addenda est incantatio quedam. quam si quis adhibeat, folioq; vtatur, sanitas restituitur. Absq; incantatione vero folium nil cõfert. Ad hæc ille. Exscribam equidè hæc te dict ante incantationem. Vtrũ si mihi persuaseris inquam? an et si non persuaseris? Ille subridens ait, si tibi persuasero Socrates. Hem nomen, inquam, planè tu meũ tenes. Teneo, inquit, equidè nisi iniurius sum. Frequens n. de te inter æquales meos sermo habetur. Memini quinetiam cũ puer adhuc essem, te cum Critia hoc versari solitum. Rectè tu quidem. Audentius n. incantationis tibi modum ostendam. Paulo vero ante nesciebam quo pacto vim illius tibi monstrare. Est aut talis, ò Charmides, ut caput solũ curare nequeat: quæadmodũ saepe ex peritis medicis audiũs tibi, qui quoties aliquis dolore oculorũ affectus eos cõsultat, aiunt non posse oculis mederi, nisi prius capiti medeantur, neque



neq; caput absq; totius corporis medicina posse curari. Hac de causa regulis quibusdam toti conferentibus utuntur, & à toto ad partem transeunt restituendum. an non audisti ita dicere illos, & ita esse? Prorsus inquit. Recte ne loqui tibi videtur, inquam? sermonemq; hunc approbas? Maxime omnium, inquit. Enimvero cum probari sibi hac audirem, Talis est, inquam, o Charmides, incantationis quoq; huius potentia. Quam didici ibidem in exercitu à quodam medicorum Thracum Zamolxidis sectatorum, qui & immortalitatem afferre dicuntur. Adiecit praterea Thracius ille medicus, etiam Græcorum medicos que supra narrata sunt predicare. Caterum Zamolxis ait, rex noster ac deus tradit: quemadmodum oculos sine capite curare nō decet, neq; sine reliquo corpore caput: ita neq; sine anima corpus. Ea q; causa est, cur medicos Græcos morbi corporum multi lateant, quia totum ipsum ignorant, quod in primis curare oportet: quo male affecto impossibile est partem aliquam bene valere. Omnia nanque vel bona, vel mala ab anima in corpus, et hominem totū manant, indeq; similiter ut ex capite in oculos effluunt. Illam igitur primū, & maxime curari iubet, si modo caput & uniuersum corpus bene valere debeat. Anima vero medelas esse docet incantationes quasdam. Eas praeclaris rationibus contineri, quibus anima temperantia tribuatur: qua inserta atq; presente, facile esse sanitatē capiti totiq; corpori tradere. Ille igitur cū medelam incantationesq; doceret, iussit ut nullis precibus motus alicui contra capitis dolorem remedium adhiberem, nisi prius animam incantationibus ipsis purgandam cōmississet. Hunc sanē nostrorū temporum errore dicebat esse, quod plerique absq; temperantia sanitatisq; studio, medici esse contendunt. Me itaq; mirū in modum praeuocuit, mandauitq; cauere ne quis unquam diues seu nobilis, siue pulcher, mihi ut aliter faciat, persuadeat. Illi hoc ego iure iurando interposito me obstrinxī: quāobrem necesse est paream. Tibi quoque obsequar. Nam si uoles secundum hostis praeccepta, animam tuam prius incantationibus omnibus Thracis illius subijcere, medicinam capiti admovebo. Sin minus, non potero, o amice Charmides, tibi prodesse. Cum igitur hac audisset Critias, lucro, inquit, erit grauedo hac capitis adolescenti, si huius causa sanitatem mentis lucrabitur. Affero autē tibi Charmidem hunc aequalibus omnibus non specie tantum praecellere, uerū etiam eo ipso praestare ceteris, cuius ipse incantationem habere dicebas. An non temperantia supra dixisti? Huius ipsius, inquam. Scito igitur omnium sua aetate adolescentum hunc uideri temperatissimum, & in ceteris omnibus pro aetate incremento, nullo inferiorem esse. Consentaneū est, o Charmides, inquam, in his que dixit Critias, te ceteros antecellere. Neque n. referre quisquā posset, ut arbitror, duarū apud Athenienses familiarū coniugium, quo uerissimilius sit pulchrā honestamq; prolem nasci, quā maiorum tuorū coniugio. Nam paternum genus huius Critiae Dropidi, ab Anacreonte Soloneq; alysq; poetis permultis est illustratū, decore, uirtute, & alia felicitate praecellens. Eadem quoq; est materni generis gloria. Nemo n. Pyrilāpo auunculo tuo aut pulchrior, aut maior oīum qui continentem habitant uisus est unquā, quoties ille uel ad regem magnum uel ad alium in continenti habitantium legatus accederet. Ac summam uniuersa hac domus nul-

la in re est inferior alia quacūque. Quare probabile est talem stirpe creatū primas partes in omnibus obtinere. Quātum igitur ad eam speciem qua cernitur oculis attinet, o dulcis Glauconis fili, uideris mihi nihil à superioribus tuis degenerasse. quod si & ad temperantia, et ad alia, ut Critias hic testatur, natura es institutus, beatum te, o chare Charmides, mater peperit. Ergo sic se res habet. Si inest tibi, ut ait Critias, teperantia, et sufficienter es teperans, neq; Zamolxidis, neq; Abaridis Hyperborei incantationibus indiges, sed iam tibi medela est capitis admouenda. Sinautē deest temperantia tibi, incantatio medelā antecedere debet. Responde itaq; ipse mihi, utrum assentiaris Critiae, et asseras teperantia: te satis habere, an deesse aliquid recognoscas. Tūc ergo ipsius Charmidis gena rubore suffusa gratiorē speciem ostenderunt. Nam pudor eā aetatem decet. Deinde admodū generosē respondit: Haudquaquā facile est qua in p̄sentia quaesita sunt, uel admittere, uel renuere. Si enim me temperantē esse negauero, primo quidē turpe uidebitur quod ipse mihi derogem: deinde Critiae huius aliorumq; multorum quibus teperans esse uideor, tanquam falsam sententiam coarguam. Sinautē affirmauero, odiosa uidebitur hac de me ipso iactantia. Quapropter quorsum me uertam, nescio. Probē loqui uideris Charmides, inquam: itaq; cōmuniter inuestigandum puto, utrum quod quero possideas, necne: ne uel tu aliter quā uelis loqui cogaris, uel ego temere mederi festinem. Si ergo gratū tibi futurum est, cupio unā tecū inuestigare: sin minus, dimittendū arbitror. Imō certē gratissimū, inquit, omnium. Quāobrem ut ipse praestare putas, ita perquire. Hunc in modum, inquam, cōmodior indagatio futura uidebitur. Constat profectō si inest teperantia tibi, habere te aliquid, quod de hac opineris. Necesse est n. inhaerentem ipsam tibi si modo inhaeret, aliquē sui sensum praebere, ex quo aliqua circa ipsam insurgat opinio, qua quid, & quale temperantia sit coniectes, nōne putas? Puto equidem. Nōne hoc cēses? Videlicet postquam scis loqui Græcē, dicere utiq; possis quādam id tibi uidebitur? Fortassis, inquit. Ut ergo conyiciamus utrum tibi insit necne temperantia, dic age, quādam ex sn̄a tua temperantiam esse dicis? Piguit eū primo, neq; libens ad respondendū uenit, demum ita respondit: Temperantia esse duco, decenter agere singula, & quiete per uia incidere, quiete et loqui, ac summam quiete oīa facere, & ut breui complectar quod quaeris, quietudo quaedam esse mihi uidebitur. Recte, inquam. Ferunt sanē quietos hoīes temperatos esse: sed uideamus an uera loquantur. Dic igitur nunquid pulchrū aliquid teperantia sit. Est, inquit, prorsus. Utrum in illa grāmatici facultate pulchrius est easdem literas cito scribere, an quiete? Cito. Legere autē celeritēne an tarde? Celeriter. Quinetiam pulsare citharam uelociter, & promptē certare pulchrius est, inquam, quā quiete ac tarde? Est, inquit. Quid uerō in pugnorū brachiorumq; ludis nōne celeritas ipsa laudatur? Utiq;. Currere autē atq; saltare, et ceteri corporis actus, nōne si propeere & proprie fiunt, ad pulchrū spectant? si ignaue remisseq;, ad turpe? Apparet, inquit. Patet ergo quantū ad corpus attinet, nō quod tardū, sed quod uelox maxime, esse pulcherrimū. Nōne, inquam? Oīno, inquit. Temperantiam uerō pulchrū quid esse cōstitit? Constitit. Nō ergo circa corpus quietudo,

Pudor adolescentes decet.

Temper. eē quietudo.

refinitur h. de q. de Socrate.



do, imò celeritas ad temperantiam pertinebit, si modo pulchrum quid est temperantia. Videtur, inquit. Docilitas Verò nonne pulchrior quàm hebetudo? Pulchrior certe. Est autem docilitas, inquam, cito perdiscere, hebetudo Verò sero atq; lente. Profecto, inquit. Docere alium quàm ocysime nonne pulchrius quàm tarde? Proculdubio. Reminisci item, et meminisse sero atq; lente, pulchriusne an facile atq; promptè? Promptè, inquit. Solertia Verò nonne celeritas quadam animi est, inquam, potius quàm tarditas? Est, inquit. Atqui & intelligere quæ dicuntur in grammatici citharistæq; ludis, et ceteris omnibus non quàm tardissime, sed quàm ocysime, pulcherrimū est. Et hoc, inquit. Quinetiam in ipsis indagationibus, & consultationibus animi non qui quiete, sero, & vix questū inuenit est laudandus, ut arbitror, sed qui breui potius atq; facillimè. Vera hæc sunt, inquit. Ex his colligitur, inquam, o Charmides, tam in ijs quæ ad corpus, quàm in ijs quæ ad animū spectant, uelocia promptaq; tardis & quietis pulchriora videri. Sic apparet, inquit. Non igitur quietudo quadam, inquam, temperantia erit, neq; vita quæta temperans, ut hac rōne conicitur, quandoquidem quod temperatū est, & pulchrum esse debet. Et duobus n. alterū est. aut nunquam, aut raro admodū nobis in uita quæta actiones pulchriores quàm ueloces et uehementes apparuerunt. quòd si non pauciores quæta actiones quàm ueloces & uehementes pulchritudine præstare reperirentur, neq; hac etiam rōne conficeretur temperantiū esse quietæ agere potius quàm uehementer atq; celeriter, neq; in ipso incessu, neq; in sermone, neq; in alio quopiam: neq; vita quæta quàm inquietæ decentior esset & temperantior: quippe cum in superiori sermone suppositum sit pulchrū esse aliquid temperantiæ, pulchra Verò nō minus ipsa uelocia quàm quæta esse cōstituerint. Rectè, inquit, dixisse mihi videris, o Socrates. Rursus igitur, o Charmides, inquam, attentius te ipsum cōtuerè, et cogita qualem te temperantiæ p̄sens efficiat, qualisue sit ipsa, dū te talem efficit. hæc aut animaduertens oia, bene uiriliterq; responde quid esse tibi videtur. Ille protinus se ipsum colligens, diligentiusq; cōtēplatus. Videtur, inquit, temperantiæ mihi uerecundū quendam ruborem inducere, uerecundūq; hōiē facere, pudoremq; esse temperantiæ arbitror. Quid ais, inquam? an non pulchrum aliquid paulò antè temperantiæ esse dicebas? Dicebam equidem, inquit. Nonne boni hōiēs, inquam, ipsi temperati sunt? Sunt, inquit. An bonū putas, inquam, quod non bonos efficit? Nequaquam, inquit. Non solū itaque pulchrū, sed et bonum est inquam. Mihi quidē uidetur, inquit. Non credis, inquam, rectè Homerum loqui, dicentem, pudorē viro egeno bonum non esse? Credo equidem, inquit. Est ergò, ut apparet, inquam, pudor non bonū, ac bonū. Apparet, inquit. Temperantiæ Verò bonū duntaxat. siquidem bonos facit eos quibus adest, malos Verò nequaquam. Ita mihi, ut loqueris, esse videtur, inquit. Ergo temperantiæ pudor nō erit. quandoquidem temperantiæ bonū est duntaxat. pudor autē nihilò magis bonum est, quàm malū. Rectè quidem mihi, inquit, dici hoc videtur, o Socrates. Verū attende obsecro, quale tibi videtur quod rursus adducā. Modo n. recordatus sum quod mihi traditū est à quodam dicente temperantiæ esse, ut sua quisq; agat, cōsidera an rectè loqui videatur tibi qui hæc

dicat. O scæde, ex hoc Critias illud audisti, vel alio quopiam sapientum? Videtur sanè, inquit Critias, ex alio, nam ex me nunquā audiuit. Quidnam refert, inquit Socrates, ex quo audierim? Nihil, inquam, profecto. neq; enim id considerandū est, quis dixerit: sed utrum uere dicatur, necne. Probe nūc loqueris, inquit. Rectè per te uem, inquam. Mirabor tamen, si quò hoc se habeat, inuenimus. nam est enigmati cuiusdā persimile. Quamobrem, inquit? Quia non arbitror ita sensisse illū ut uerba sonant, inquam, temperantiæ scilicet esse, ut sua quislibet agat. Nihilne putas grammatice agere, quādo scribit uel legit? Puto equidē aliquid agere, inquit. Videturne tibi grammatice nomen suū tantum scribere ac legere? uel et uos pueros erudire? Neque n. minus inimicorū tunc nomina quàm uestra amicorūq; scribebat. Certè non minus, inquit. An cū ageretis hoc, inquam, curiosiores eratis quàm decet, & à temperantiæ lege discedebatis? Minime, inquit. At uerò nō uestra agebatis tātū, si scribere ac legere, agere aliquid est. Est utiq; inquit. Præterea mederi, o amice, adificare, texere, & cuiuslibet artis opus explorare, agere aliquid est, an nihil? Aliquid profusus, inquit. An uideretur, inquam, tibi bene illa ciuitas instituta, in qua leges iuberēt, ut uestis quisq; suam texat, lanæq; calceosq; cōficiat suos, et strigile, & uascula olearia, uel uinguetaria, & suppellectilia quæq; aliena quidē attingat nunquā, propria uerò ipsemet peragat? Nequaquam, inquit. Veruntamen si temperate disposita est ciuitas, bene instituta est, inquam. Quidni, inquit? Ergo temperantiæ nūc erit talia quædā agere, & hunc in modū agere sua? Non, ut apparet, inquit. Quare per enigmata loquebatur, inquam, ut supra dixi, is qui p̄dicabat, agere sua temperantiæ esse. Neq; enim usq; adeo fatuus fuisse putandus est, ut idem eius fuerit sensus, qui & uerborū sonus. Nūc fatuus quisquam, o Charmides, hoc tibi tradidit? Minime, inquit, oim. Imò quidū meo iudicio sapientissimus. Oim igitur sn̄ am suā obscuris uerbis inuoluit, inquam, ut arduū cognitū sit, quid est agere sua. Fortassis, inquit. Potè sne aperire nobis, agere sua quid sit, inquam? Ignoro equidē, inquit. Forte et qui hæc dixit, quid sibi uellet, non satis intelligebat. Dū ita loqueretur, subrisit Charmides, Critiamq; aspexit. Critias autē licet ante ad differendum aduersus Charmidē aliosq; cupiditate gloria instigatus, se hæcenus cōtinuerat, sed ulterius ad hæc se cōtinere nō potuit. Visumq; est mihi uerū esse quod fuerā suspicatus, illū scilicet de temperantiæ superiore sn̄ am a Critia Charmidē accepisse. Quare Charmides nolens ipse restitutum tutari, et hunc in Critiæ laborem reycere cupiens, irritauit eū, & quasi redargutū ostendit. quod ille minime tolerauit, imò aduersus eū haud secus indignatus fuisse videtur, ac poetæ aduersus histrionē ineptæ suæ poemata recesentē. Ideoq; illū intuirus: Itane putas, inquit, o Charmides, si tu nequaquam intelligis quis eius fuerit sensus, qui agere sua temperantiæ esse asseruit, neq; ipsum et intelligere? O uir optime, inquam, nihil mirum est hūc adolescentulū non intelligere. Te uerò decēs est hæc cognoscere, et propter etate, et propter studiū. Si ergo affirmas et ipse temperantiæ esse quod hic dixit, sermonemq; hūc suscipis, libentius tecū, utrum id uerū sit, necne, indagabo. Affirmo equidē, inquit, et suscipio. Rectè facis, inquam. Sed dic obsecro,

Solertia celeritas quæ dā animi.

2. 8. Tempus, et quidam

3. 8. Tempus, et quidam

Tempus, et quidam

Utrum Critias surrexit Charmide.



Utrum qua paulo ante querebam, admittis? artifices videlicet oēs aliquid facere. Equidem, inquit. Videtur, inquam, tibi sua tantū, an aliena insuper facere? Aliena quoque, inquit. Temperanter agunt itaque qui non sua tantū faciunt, inquam? Quid prohibet, inquit? Quod ad me, inquam, spectat nihil. Sed vide ne quid apud eum prohibeat, qui cū supposuerit temperantiā esse agere sua, deinde tamē ait nihil ob stare quin et illi qui aliena agūt, temperati sint. Concessi equidem, inquit, eos qui aliena agūt, temperatos esse. An et eos qui faciūt est concessū? Dic mihi, inquit Critia, non idem vocas agere atque facere? Non certe, inquit, neque idē operari atque facere. Nam id ab Hesiodo didici, qui ait, Opus nullū turpe esse. An censēs ipm, si talia quaedam opera nominasset, operarique agere, qualia tu supra narrabas, fuisse dicturū opus nullū cuiquam turpe, seu coria incidētī, seu cauoni condimētā obsoniaque vendenti, siue in taberna sedētī? Haud ita censendum, o Socrates. Imō verō ille, meo quidem iudicio, effectiōnem aliud quā actionem et operationem existimauit, et effectiōnem quidem interdū opprobrio esse, quando quid prater honestum facimus, opus autē nullum inquam dedecori nobis contingere. Quia enim honeste et vtiliter fiunt, opera nuncupantur, operationesque et actiones, effectiōnes quasdam hōmō. Existimandum praeterea illam sola haec propria esse censere: noxia verō omnia, penitus aliena. Quamobrem arbitrari oportet et Hesiodum, et alium vnumquemque sana mentis virū, hominem ita sua agentem, temperatū vocare. Cū primū, o Critia, loqui cōpisti, inquam, percepi te propria et sua cuiusque bona dicere, bonorumque effectiōnes, actiones denominare. Etenim persape Prodicū audiui hunc in modū nomina distinguentem. Concedo equidem tibi pro arbitrio nomina in vitiis, modo id declares, quid nomine quoque significare velis. Nunc igitur iterum à principio claris definitis, utrum bonorum actionem, vel effectiōnem, vel quomodocunque velis aliter nominare, temperantiā esse dicas. Hoc ipsum, inquit. Non ergo temperanter agit, inquit, qui mala, sed qui bona potius agit. Tibi verō, o bone vir, nōne id videtur, inquit? Mitte istud in praesentia, inquam: nondū quod mihi videtur, verū quod ipse dicis consideramus. Enimvero nunquā temperate illū agere dicerem, inquit, qui nō bona, sed mala agat. Nam actionem ipsam bonorū, temperantiā esse manifeste definio. Forte nihil prohibet, inquit, quin verē loquaris: hoc tamen admiror, si hōes temperate agentes ignorare putas quod temperate agant. Nequaquam puto, inquit. An nō paulo ante abs te dictum est, inquit, quod nihil artifices prohibet aliena etiam facientes, temperanter viuere? dictū profecto, inquit, sed quid tū postea? Nihil aliud, inquam. Verū dic utrum medicus tibi aliquis videatur, dum sanū efficit aliquem, vtilia sibi, et illi quem curat, efficere? Mihi quidem, inquit. Nōne agit decentia, inquit, quisquis haec agit? Certē, inquit. Qui verō agit decentia, inquam, nōne et temperate? Et temperate, inquit. Nunquid medicū necesse est intellegere, quādo curat vtiliter, et quando non? et vnumquemque artificē quando conducturum sibi est opus ipsum quod efficit, et quando non conducturū? Forte non, inquit. Quādoque igitur, inquam ego, cū medicus vtiliter operatus est vel contra, seipsum nō cognoscit ut operatus

est, si tamen vtiliter operatus est, ut ipse fatebaris, et temperate. an non ita dicebas? Equidē, inquit. Nōne igitur, inquam, ut apparet, interdū vtiliter operatus agit quidē temperate, et temperatus est, ipse verō ignorat quod temperate agat, sitque temperans? Fieri hoc, inquit, non potest, o Socrates. Verū siquid est in superioribus dictū vnde hoc sequatur, illud libētius retractabo: neque me pudebit fateri aliquid aliud nō rectē dixisse, potius quā cōsentire, ut qui seipsum ignorat, sit temperatus. Formo namque hoc ipsum temperantiā esse arbitror, seipsum cognoscere, illique assentior qui praecipit hoc templo Apollinis ipsius inscripsit. Atqui videtur haec inscriptio tanquā Dei salutatio quaedam ad hōes qui templum ingrediuntur, eius loco qua gaudere iubet: quasi non probe dicatur, gaude, neque iubere hoc inuicem deceat, sed temperate potius viuere. Ita homines templum ingredienti singularem sententia Deus alloquitur, aliterque quā homines nos salutatur, ut sensit ille, meo iudicio, qui inscripsit. Et ingredienti nihil praecipit aliud quā viuere temperate. Verū obscurus hoc praecipitum verbis tanquam vates interferit. Quippe Cognosce teipsum, idem est, quod temperate viuere, ut litera testantur, egoque interpretor. Fortē verō aliud esse putabit quispiam: quod quidem contigisse illis qui sequentia apposuerūt, existimo, hoc est, nihil nimis, et sponsioni non deesse iacturam. Nam illi quidem Cognosce teipsum, consiliū quoddam esse putarunt, non Dei ipsius ad eos qui ingrediuntur admonitiōne. Deinde et ut ipsi nihilo deteriora cōsulerent, reliqua insuper adiecerunt. Ergo haec oīa, Socrates, à me dicta sunt, hoc est quia superiora omnia absque controuersia tibi concedam. Fortē namque rectius de illis aliquid ipse dixisti, forsitan et aliquid ego. nihil verō ex his quae diximus, manifestum. deinceps autem rationem huius tibi reddere volo, si non concesseris temperantiā esse seipsum cognoscere. Sic mecū agis, inquam, o Critia, quasi ego qua interrogō, nosse affirmem: offersque mihi te, si volueris, concessurum. hoc autē non ita. Quero. n. tecum semper de eo quod in medium est adductū, idcirco quia illud ignoro. Videbo porro, utrum concedam, necne. Consiste modo quoad ista considerem. Considera, inquit. Ecce considero, inquam. Si temperantiā cognoscere aliquid est, constat etiam scientiam aliquam et alicuius esse. Nōne? Est vti que, sui ipsius videlicet. Nōne et medicina est scientia sani? Prorsus, inquit. Si ergo tu querebas, medicina quomodo fit sani scientia, quid nobis confert? quidue efficit? responderem utique prodesse quammaximē sanitatem porro pulchrum opus nobis perficit. Accipis hoc? Accipio, inquit. Ac si rogares iterum, architectura cū sit adificandi scientia, quodnam opus molliatur, domos vti que responderem, et eadem de ceteris artibus ratione responsum darem. Postquam igitur temperantiā sui ipsius scientiam esse dicis, tua interest respondere, si quis hunc in modum requirat: o Critia, temperantiā qua sui ipsius scientia est, quodnam pulchrum opus nobis efficit, aestimationeque dignum? dicas, amabo. Non rectē, inquit, interrogas Socrates, neque enim aliarum scientiarum haec est similis, neque aliarum alia: tu verō perinde ac si similes essent, interrogas. Nam dic obsecro. Computatrici geometricae scientiae quodnam tale opus est quale domus architecturae, et textoria vestis opus est, aliaque

Xij gen.

Confutatio  
quarta  
definitionis.



per multa eiusmodi, qua multis artibus quisque tribuere possit? Potestne mihi tu harum eiusmodi aliquid opus ostendere? At non poteris. Vera dicis, inquam. hoc tamen monstrare tibi possum, cuius scientia sit harum scientiarum qualibet, quod aliud est quam scientia quæque. Quemadmodum computandi paritas et imparitas multitudinis scientia est, quo pacto ad se, et inuicem habeant, an non? Profecto, inquit. Nonne aliud est, inquam, par et impar quam ipsa computandi scientia? Est, inquit. Quinetiam ponderandi facultas grauioris leuiorisque ponderis libratio est. Graue autem ipsum et leue aliud quiddam est, quam ars ipsa librandi. Assentiris? Assentior, inquit. Dic itaque, temperantia cuius potissimum scientia est, quod sit aliud quam temperantia ipsa? Hoc profecto, inquit, quod modo queris, illud ipsum est, quo temperantia ab alijs omnibus scientijs differt. Tu vero similitudinem aliquam huius ad alias exigis. Sed aliter se res habet. Nempe ceteræ omnes alterius cuiusdam scientiæ sunt, sui ipsarum minimè. Sola hæc et aliarum scientiarum, et sui ipsius scientia est. Permultum abest ut hæc ignores: Verum arbitror te quod paulo ante negabas efficere: nam me refellere tentas, et illud de quo sermo est, pratermittis. Quid agis, inquam? An putas si te redarguero, alterius gratia me id facturum, quam cuius gratia me ipsum examinarem, si quid dicam, metuens ne dum scire puto quod nescio, tota me ignorantia fallat? Et nunc quidem id summopere me facere assero, differere videlicet et examinare sermonem mei ipsius gratia primò, fortè etiã meorum familiarium causa. An non commune bonum est se hoc omnibus hominibus arbitraris, ut rei cuiusque conditio omnibus innotescat? Maxime quidem, o Socrates. Audacter itaque, o beatè, ut tua fert opinio, ad interrogata respondens, ne cures Critiasne sit, an Socrates qui redarguitur, sed ad ipsum sermonem attende, quoniam redargutus euadat. Sic faciam, inquit, nam probe loqui uidearis. De temperantia quod dicis, age, inquam, repete. Aio equidem, inquit, ex oibus alijs scientijs hanc solam et sui ipsius et reliquarum scientiarum esse scientiam. Nonne et inscitia scientia est? siquidem et scientia. Omnino. Solutus itaque temperans, inquam, seipsum noscet, examinare poterit quid norit, quid ignoret: iudicare insuper ex alijs hominibus, quod quisque nouit, et nosse putat, si quidem nouit, quid uideat ignorat ipse et nosse putat: aliorum autem nullus hoc poterit. Atque hoc est esse temperatum et temperantia, seipsumque cognoscere, intelligere scilicet quæ nouit, quæ uideat non nouit. Suntne hæc quæ dicis? Sunt, inquit. Tertium igitur, inquam, ut dicitur, Seruatori uelut à principio consideremus. Principio utrum fieri hoc possit necne, ut quæ quisque nouit, et quæ non nouit, nosse item et non nosse cognoscat. Deinde si id fieri possit, quoniam intelligetibus sit futura utilitas. Quarendum, inquit. Animaduerte, inquam, Critia, nunc in his certi quicquam habeas: ego enim nihil: et qua in re dubito, si uoles, aperiam. Imò uolo, inquit. Sequetur hæc, si stabit quod ipse modo dicebas: Vna quaedam videlicet scientia, quæ nullius alterius quam sui ipsius, aliarumque scientiarum scientia sit: atque inscitia rursus scientia eadem. Prorsus, inquit. Vide inquam, amice, quam absurdus noster hic sermo sit. Enimvero si hoc idem in alijs quibusdam consideraueris, ut arbitror, impossibile tibi uidebitur. Quare rone, inquit? et ubi? Hic planè cogita

Prouerbiū.

utrum uideatur tibi uisus quidam esse, qui non sit earum rerum uisus, quarum cetera uisiones: sui ipsius autem et ceterarum uisionum, et item non uisionis sit uisio: neque colorem uideat illum cum uisio sit, seipsam uero duxerat et alias uisiones inspicat. Videturne uisio tibi illa talis esse? Nulla, inquit. Num et uim, inquam, aliquam audiendi reperire posse confidis, quæ uocem audiat nullam, seipsam uero et auditus alios, et non auditus percipiat? Neque istud possibile, inquit. In summa, sensus omnes percurrere, considerasque. Utrum sensus inueniri aliquis possit qui seipsum, ceterosque sensus percipiat, nihil tamen eorum sentiat quæ sensus alij sentiunt. Impossibile et hoc existimo, inquit. An forte cupiditatem aliquam esse sensus, quæ uoluptatem affeget nullam, sui ipsius autem et reliquarum libidinum sit cupiditas? Nequaquam, inquit. Neque uoluntatem, inquam, ut arbitror, quæ bonum nullum exoptet, seipsam uero et ceteras uoluntates exoptet. Minime, inquit. Amorem quinetiam aliquem talem esse dicis, ut pulchri nullius sic amorem, imò sui ipsius, ceterorumque amorem sit ardor? Non equidem. Timoremne aliquem excogitasti unquam, qui seipsum et metus alios expauescat, terribile uero et periculosum nihil exhorreat? Numquam prorsus, inquit. Opinionem praterea talem ut opinionum aliarum et sui ipsius opinio sit, nihil autem eorum quæ opinioniones alia suspiciantur, opinetur ipsa? Nullo modo. Veruntamen scientiam quandam eiusmodi esse diximus, quæ dogmatis nullius scientia est, sui ipsius autem et aliarum scientiarum scientia. Diximus certe, inquit. An non mirum, inquam, quiddam, si est? nondum porro esse negandum, sed utrum sit considerandum. Scite loqueris, inquit. Dic itaque. Estne scientia hæc alicuius scientia? habetque uim quandam huiusmodi, quæ alicuius sit? Prorsus, inquit. Item maiusne dicimus eam uim habere, quæ aliquo maius sit? Habet mirum, inquit. Nonne minori aliquo maius, si maius erit? Necessarium est, inquit. Si maius quippiam reperiremus, quod maioribus alijs et seipso maius existeret, neque tamè maius esset aliquo eorum quibus cetera sunt maiora, o non sibi hoc conueniret, ut sicut maius est seipso, ita sit et minus? Necessarium est, o Socrates. Quinetiam si duplum sit, inquam, aliquid ad alia dupla, et ad se ipsum, certe ad seipsum dimidium erit duplum, et ad alia dimidia duplum. Neque quicquid duplum est, non alterius est quam dimidij duplum. Verum est, inquit. Praterea quod seipso plus est, nonne et paucius? et quod grauius, item leuius? quod uideat senius etiam iunius? et in ceteris oibus eodem modo, quicquid sui ipsius poteriam ad seipsum habet, nonne et illam habebit essentiam, ad quæ est eius potentia? Dico autem tale aliquid. Auditum nullius alterius dicimus esse quam uocis auditum? Profecto, inquit. An non si seipsum audiet, inquam, uocem se habebit audire? Neque, inquam, aliter posset audire. Necessario sequitur, inquit. Uisus quoque, o uir optime, inquam, si seipsum uidebit, necesse erit eum aliquem colorem habere. Nam absque colore uisus cernere nihil potest. Nihil potest, inquit. Uides, inquam, o Critia, eam quæ narrauimus, partim impossibilia esse, partim incredibilia, quod uim suam habeat ad seipsam. quod enim magnitudo et multitudo ac cetera huius generis uim suam habeat ad seipsam, penitus impossibile non est. Sic est o non, inquit. Quod uero uisus et auditus, inquam seipsum percipiat, motus se moueat, et se caliditas calefaciat,

et cetera



Et cetera talia à quibusdam non creditur, nonnullis fore credendum videtur. Magno quodam viro opus est, o amice, qui satis per omnia id distinguat, verum nihil omnino vim suam ad seipsum habere valeat præter scientiam, sed ad aliud: an queant alia, alia nequeant: Et si aliqua sint quæ ad seipsa vim habeant, verum eorum in numero hæc scientia sit, quam temperantiam nominamus. Equidem sufficere me ad hæc discernenda, nequaquam confido. Quocirca neque asserere possum, verum fieri possit, ut scientia scientia sit. Quod et si datur, non prius tamen assentiar esse huiusmodi temperantiam, quam inuestigauero verum proficit quicquam nobis temperantia talis existens, vel nil proficit. Temperantiam enim conferens quiddam ac bonum esse vaticinor. Tu igitur Callæchri fili, quandoquidem temperantiam ponis scientia inscientiæ, ostende primò possibile hoc esse quod supra dicebam: postea præter id quod possibile, esse et conferens: atq; ita mihi circa temperantiam ipsius definitionem forsitan satisfeceris. Critias verò cum hæc audiret, meq; dubitantem videret, eorum more qui oscitantibus oscitant, ipsi quidem uisus est hæsitante me, similiter hæsitare. Sed utpote goloriosus, præsentis meritis est, neq; confiteri voluit, se ad ea discernenda quæ obtuleram, non sufficere, neq; aperte quicquam protulit, suamq; ambiguitatem occultuit. Ac ego ut disputatio nostra procederet: Si tibi, inquam, videtur, o Critias, dabimus nunc, scientiam scientiam esse posse. Vtrū verò possit necne, aliam indagamus. Veruntamen si quàm maxime id possibile sit, quid magis possibile est cognoscere quæ nouit aliquis, et quæ non nouit? hoc vtrū esse diximus seipsum cognoscere, temperatumq; esse. Nonne? Maxime, inquit, ac sequitur quodammodo Socrates. Nam si quis eam habet scientiam quæ seipsam cognoscit, talis et ipse fit, quale est id quod habet: quemadmodum cum velocitatem habet quis, velox: et quando pulchritudinem, pulcher: et quando cognitionem, cognoscens, Quare cum cognitionem ipsam sui ipsius quis habet, seipsum tunc cognoscens efficitur. Haudquaquam id ambigo, inquam, quin si quis in seipso hæc aliquid sese cognoscens, ipse quoq; se nouerit. Sed quænam necessitas cogit hominem sic affectum, quæ nouit quæ ue non nouit cognoscere? Hæc videlicet, inquit, quia idem est hoc et illud. Fortè sic est, inquam, sed ego semper similis esse video, neq; rursum intelligo quomodo idem sit, quæ nouit cognoscere, et cognoscere quæ non nouit. Qui isthuc ais, inquit? Ita, inquam. Scientia ipsa scientia existens, nunquid ultra discernere poterit, quam quod ex his hoc quidem scientia est, illud inscientia? Non ultra, sed eatenus, inquit. Idem est igitur, inquam, scientia et inscientia sani, atq; item scientia et inscientia iusti? Nullo pacto, inquit. At verò hoc quidem medicina, hoc autem ciuili peritia inquam, hoc nihil aliud quam scientia. Quidni, inquit? Nisi quis nouerit sanū in super ac iustū, sed solam scientiā, utpote huius solius scientiam habens, quod quidem scit, quodue scientiam quandā habet, agnoscat tã circa seipsum, quam circa alios. nonne? Quod verò cognoscat hæc scientia, quânam ratione intelliget? cognoscat enim sanum et salubre medicina, non temperantia, harmonicum musica non temperantia, ædificium architectura, non temperantia et similiter oia. nonne. Apparet, inquit. Temperantia verò, inquam si scientiarū scientia

est duntaxat, quo modo intelliget quod sanum salubreq; cognoscat, vel quod ædificium? Nullo, inquit. Non ergo intelliget quid cognoscat, hoc ignorans, sed quia cognoscat tantum. Videtur, inquit. Non igitur temperatum esse erit hoc, neq; temperantia, intelligere quæ nouit, quæ ue non nouit, sed ut videtur, quia nouit, et quia non nouit solum. Apparet, inquit. Neq; poteris etiam hic aliū examinare alicuius scientiam profitentem, verum sciat quod pollicetur, an nesciat. Imò hoc solum, ut videtur inquam, agnoscat, quod scientiam quandā habet: cuius autem rei scientiam, temperantia non ostendet. Non videtur, inquit. Neq; igitur simulantem medicum à uerò discernet, neq; alium quempiam scientem à nesciente. Sic autem consideremus. si temperatus, aut alius quibus dyudicaturus est, uerum et falsum medicum, an non sic faciet? De medendi quidem arte cum illo nihil differet. Nihil enim aliud ut dicebamus, intelligit medicus quam sanum atq; egrotum, salubreq; et noxium, an non ita? Ita prorsus, inquit. De scientia porro nihil nouit, inquam. hoc enim soli tribuimus temperantia. Sic est, inquit. Neq; de medicina igitur medicus quicquam nouit inquam, quæ doquidem medicina scientia quadam est. Vera loqueris, inquit. Quod quidem scientiam aliquam habet, temperatus agnoscat, sed alius quispiam medici peritiam considerabit, quæ nam, quorūmne sit. Quod quidē tunc patet, eū scitur quarū sit rerum scientia. An nō scientia quæque de terminata est, haud hoc tantum quod scientia est, sed quæ scientia, et quæ scientia sit, cognoscitur, his cognitio, quorū scientia est? Sic prorsus inquit. Medicina, inquam, scientia ab alijs scientijs eo distincta est, quod salubris est insalubriq; peritia? Nempe inquit. An nō in his considerare debet, inquam, quisquis medicinam consideraturus accedit, in quibus videlicet ipsa versatur? Neq; enim in extraneis, in quibus non est, querenda videtur. Non certò, inquit. In salubribus itaq; eorumq; contrarijs medicum considerabit in quantum medicum, quicunq; recte hunc perscrutabitur. Videtur, inquit. Nonne in his ita vel dictis vel factis animaduertet, quæ uerè dicantur, et quæ rectè agantur? Necessarium, inquit, est. An poterit ullus absq; medicina peritia hæc conicere? Nullus, inquit. Neq; alius, ut videtur, præter medicum, neque temperans igitur. Nam præter id quod temperans, esset et medicus. Vera hæc sunt. Oia igitur temperantia, si scientia inscientia ue scientia est, neq; discernere medicum poterit medendi peritum, itemq; medicina peritiam simulantem, vel sese habere putantem, neq; alium quenquam eorum qui aliquid sciunt, præterquam hōem artis eiusdem professorem, quæ admodum artifices alij. Sic apparet. Quenam nobis ueterius, o Critias, à temperantia eū talis sit, est prouentura utilitas? Si enim quod in principio supposuimus, cognosceret temperans quæ nouit, quæ ue non nouit, illa quidē quod noscit, hæc uerò quod ignorat, et alium sic affectū dyudicare posset, emolumentum ingens temperantia præditi reportarem: quippe sine errore uitā ageremus, et nos quicunque temperantia participes, et ceteri oēs quicunq; nostro imperio regerentur. Neque enim nos quæ ignoramus, agere aggredieremur, sed scientes homines perscrutati illis utriusq; cederemus: neque alijs nostræ gubernationi subiectis agere concederemus aliud quicquam, nisi quod aggressi rectè forent acturi. id est autem,



tem, cuius haberent scientiam. Atque ita per temperantiam, & domus instituta recte gubernaretur, & disposita ciuitas optime regeretur, & aliud vnuquodque cui temperantia ipsa praesesset. nam errore sublato, rectitudinemque temperantia in singulis actionibus necesse est, ita viros instruat eos honeste atque bene agere, bene autem agentes beatos esse. An non sic, o Critia, de temperantia dicebamus, dicentes quantum bonum sit nosse quae nouit aliquis, & quae non nouit? Ita prorsus, inquit. Nunc autem vides nullam scientiam talem esse nobis apparuisse. Video equidem. Nunquid bonum hoc continet eam quam nunc inuenimus, temperantiam esse scilicet & scientiam & inscitiam scire: quod quicquid descendum tentabit, qui hac armatus est, facilius perdisceat, clarioraque omnia illi se offerent, ut pote circa omnia quae descendenda sunt, scientiam ipsam prospiciet, aliosque melius in his rebus examinabit quae ipse discet. Qui autem absque hoc examinabunt, imbecillius & ineptius facient. An eiusmodi quaedam sunt, o amice, quae nobis temperantia confert? Nos autem maius quiddam excogitamus, idque maius quam sit, esse requirimus? Fortes sic est, inquit. Forfitan, inquam ego, fortassis etiam nonnihil conferens indagauimus. Quod quidem inde coniecto, quia absurda quaedam sequi videntur circa temperantiam, si ipsa sit talis. Videamus ergo si placet, concedentes fieri posse, ut constet scientiam scribi, quodque in principio posuimus, temperantiam videlicet esse, cognoscere quae nouit aliquis, vel non nouit: ea re ne illam priuemus, sed demus potius. hisque concessis, diligentius etiam inuestigemus, utrum in praesentia nos inuenit, si talis existat, quae n. dicebamus modo, quod ingens quoddam nobis esset temperantia bonum, si talis esset, regens disputationem aliquam, domumque & ciuitatem, haud recte, o Critia, concessisse videmur. Quamobrem, inquit? Quoniam facile nimium asseruimus bonum ingens fore hominibus, si nostrum singuli quae quidem cognoscunt, egerint: quae vero ignorat, scientibus alijs quibusdam dimiserint. Nonne recte haec asserita sunt? Non, ut mihi videtur. Absurda reuera loqueris Socrates. Per canem ita in praesentia mihi videtur, & nuper aduertens, inquam, absurda quaedam occurrere, meque timere ne minus recte considerarem. Reuera enim si talis est temperantia, haud sane video quid nobis afferat boni. Qua ratione, inquit? dicas, ut et nos quid sentias, cognoscamus. Nugaturum quidem me arbitror. Necesse tamen quod occurrit, considerare: neque frustra ac temere praeterire, si quis ipsius quoquo modo habet curam. Scite loqueris, inquit. Audi iam meum somnium, siue per cornu, seu per ebur emerferit. Si n. nobis quam maxime dominaretur temperantia talis existens, qualem modo describimus, utique secundum scientias ageret, neque aliquis gubernatorem esse se iactans, cum minime sit, nos falleret, neque medicus, neque dux exercitus, neque alius ullus scientiae falsus professor nos effugeret. His hunc in modum dispositis, aliud quiddam nobis contingeret: nam melius quam nunc corporibus valeremus, & in maritimis militaribusque periculis tutiores euaderemus. Vasa item & instrumenta, uestes, calceos, vniuersam denique suppellectilem ex arte magis commodiusque institutam possideremus, ex eo quod veris artificibus vteremur. Concedamus quoque, si vis vaticinium futuri scientiam esse, & temperantiam illi praesidentem vanos ostentatores vitare, veros

autem vates ad futurorum praedictionem eligere. Ita profecto genus hominum institutum, quod scite ageret uiuere, assentior. Nam custos uitae hominum, temperantia nunquam subrepere inscitiam, & uiribus uti suis permitteret. quod autem secundum scientiam agentes, bene ageremus, essemusque beati, nondum percipere possumus, o amice Critia. Haud facile alium bene agendi finem perfectionemque reperies, inquit, si actionem secundum scientiam speraueris. Paula diligentius inquam, explica secundum quam scientiam. Num secundum scientiam coriariam? Non per ionem, inquit. An forte arariam fabricam? Neque istam, inquit. Num secundum lanificium artificiumque lignorum, aut quiddam huiusmodi? Neque istud, inquit. Haud ulterius itaque eo in sermone standum videtur, quo asserbatur beatum esse illum qui secundum scientiam uiuere. nam hi secundum scientiam uiuentes, beate uiuere abs te minime affirmantur. At forte est multis inscienter uiuentibus, vnu quemdam certa ex scientia scienter uiuentem, beatum determinas. Ac forsitam dicis, quem ego paulo ante dicebam, uatem futurorum omnium praescium. Huncne, an alium inquit? Et hunc & alium, inquit. Quem inquam? Nunquid eum hominem qui non futura solum, uerum etiam praeterita praesentiaque cognoscit, nihilque ignoret? Fingamus eiusmodi aliquem: hoc tu neminem alium magis e scientia uiuere dicas, ut arbitror. Neminem prorsus, inquit. Hoc item addatur, quoniam scientiarum potissimum beatum facit. num similiter cuncta? Non similiter, inquit. Verum qualis maxime illa quae quis nouit praesens, praeterita atque futura? Nunquid ea quae talis ludere? Quid talos memoras, inquit? An forte quae concipere? Nequaquam. Num qua salubria? Haec quidem magis. Illa uero quam dico maxime, quae quid norim? Quae bonum ac malum. o improbe, iandudum me clam circulo quodam reflectis retrahisque ad id, ut beatum uiuere non sit secundum uniuersas scientias uiuere, imo secundum unam quandam boni malique scientiam. Porro si uelis, o Critia, ex alijs scientijs hanc excipere, minus & ipsa medicina sanos efficiet? & coriaria calceos minus suppedabit? minusque textoria uestes? gubernatoria maritima pericula, militaris belli discrimina declinabit, seruabitque minus? Nihil minus inquit. At uero, o amice Critia, inquam, sublata hac ipsa scientia boni scilicet, atque mali, nihil horum bene uiliterue agetur. Vera loqueris, inquit. Haud haec, ut videtur, temperantia est, sed ea cuius opus est nobis prodesse. Non n. scientiarum & inscitiarum scientia est, sed boni malique cognitio. Quocirca si uilis nobis est temperantia, ad aliud quiddam confert. An non prodest et haec, inquit? Nempe si scientiarum scientia est temperantia, ceterisque scientijs praesidet, huic quoque scientia bonum malumue discernenti similiter imperans, nobis proderit. Num quid bonum corporis ualitudinem praestabit, inquam, haec potius quam medicina? ceteraque artium aliarum opera haec efficiet, artifices autem singuli a proprijs cessabunt operibus? An non iam pridem inter nos constitit temperantiam esse scientiam, inscitiam uero scientiam, nec ullius alterius facultate? an non ita? Ita prorsus apparet, inquit. Non ergo erit opifex sanitatis, inquam. Non inquit. Alterius n. artis opus est sanitas. Alterius certe. Neque utilitatis igitur, o amice. Nam alteri hoc opus arti paulo ante tribuimus. nonne? maxime. Quo pacto itaque utilis nobis temperantia erit, quam utilitatis nullius

Somnium somnium  
audij meum somnium



LACHES PLATONIS,  
VEL, DE FORTITVDINE.

MARSILII FICINI  
ARGVMENT.



LATO sepe numero magistratus optimos legibus anteponit, quod leges absq; illis omnino videantur inutiles: eas enim seruabit nullus: Magistratus autem optimi ipsi sint leges. Sed ait magistratus non posse optimos fieri, nisi tunc viri sint optimi: neq; viros fore tales, nisi adolescentes quoq; pueriq; sint tales.

Nullus sit artifex? Nullo modo videtur, o Socrates. Videtur Critia, me supra non iniuria timuisse, meq; ipsum culpasse, quod nihil magnum & vtile de temperantia saperem? Nunquam n. quod omnium habetur pulcherrimum, hoc nobis apparuisset inutile, si quo pacto ad recte inquirendum ipse vtilis essem. Nunc autem passim succumbimus, neq; inuenire valeamus ad quid potissimum significandum temperantiae nomen instituit ipse nominis autor, quanquam multa concessimus a ratione tamen penitus abhorrentia. Porro scientia scientiam esse conuenimus, reluctante ratione idq; protinus resellente. Quin etiam hac ipsa scientia reliquarum scientiarum opera nosci concessimus, rone similiter repugnante: Ut vir temperans talis esset, ut qua nouit, sciat seipsum nosse, & qua non nouit, ignorare rursus intelligat. Hoc vtiq; magnifice nimium libereq; concessimus, haud aduertentes impossibile esse, ut qua nullo modo quis noscit, noscat quodammodo. In hoc aut nos consensimus, videlicet aliquem ignorantem aliqua, quod non cognoscat ipsa cognoscere: etsi nihil est, ut mea fert opinio, quod hoc videatur absurdum. Veruntamen ita nos ineptos potius quam duos pertinacesq; hac indagatio naeta, nihilo magis veritate inuenire potest: sed usque adeo seipsum irrisit, ut quod iandiu nos comuni consensu consinximus, & temperantiam esse posuimus, hoc tandem inutile quiddam insolenter & contumeliose nimium apparuerit. Tua quidem id causa potius quam mea, o Charmides, egero fero, si tu tam egregia indole ac temperantia animi praeditus, nihil tantae virtute iuueris, nihilq; ipsa in vita tibi prosit. Mollestius quoq; fero incantationis gratia, quam a Thrace illo didici, si in re nullius pretij percipienda tantum studium posui. Hac itaq; sic se habere haud satis credo. Imo ignauium esse me inuestigatoris arbitror, quippe qui temperantiam magnu quoddam bonu existime: quod si habes, te beatum esse. Verum cogita vtrum possideas, & incantatione non egeas. Nam si habeas, tibi equidem consulam, ut me delirum putes, & inuestiganda veritatis impotem, te vero quo es temperantior, eo beatorem. Et Charmides, Nescio per Iouem, inquit, o Socrates vtrum habeam necne. Nam quo pacto illud intelliga, quod vos, ut ait ipse, quid sit inuenire nondum potestis? Equidem tibi non multum credo Socrates. Imo indigere incantatione me arbitror, & quantum ad me attinet, nihil obstat quo minus quotidie mihi incantationibus medearis, quoad ipse satis habere me putes. Esto, inquit Critias: Veru, o Charmides, si sic egeris, argumento istud mihi erit, quod temperatus sis, quia incantationibus Socratis te subicias, nec ab eius latere vnquam discedas. Pariturum me & passim, inquit ille, sectaturum existimato. Nempe grauitur peccare, nisi tibi tutori meo parere, & quod iubet exequeris. Tuteo equidem, inquit Critias. Efficiam id sedulo, inquit, hodieq; incipiam. Quidnam hi, inquam, deliberant? Nihil amplius, Charmides inquit. Nempe decretum est. Vim ne inferes in qua: neque mihi vllum vicissim consultandi relinques arbitrium. Vim prorsus inquit illaturu putato, quandoquide hic praecipit. Ad haec tu quoq; quid acturus sis consulta. Nullus inquam restat consultandi locus. na tibi agere aliquid affert cogentiq; nemo resistere poterit. Neq; tu ergo inquit repugna. Haud equidem aduersabor inquam.

Quapropter in omnibus penè dialogis parètes in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens non posse genus humanum absq; gubernatoribus optimis vel honestè viuere, vel feliciter gubernari. Præterea nunquam fore bonos in repub. principes, nisi viri sint probatissimi, statim videlicet à tenera etate diligenter excolti. Cum aut pueritia plerunq; sub domesticorum prudentia satis fermè regatur, adolescentia vero licentiam naeta solutionem passim absq; frenis oberret, merito Plato noster plurimum de adolescentibus corrigendis frequentandisq; pertractat, grauitèq; conqueritur eam etatem, quæ cum mollitie lasciuiaq; petulantiam superbiamq; coniungit, ideòq; in summo discrimine posita est, tum à domesticis parum obseruari, tum à legibus, magistratibusq; infeliciter negligi, praesertim cum adolescentes tam se inuicem conuincunt, quam à grandioribus passim inficiantur. Itaq; in legibus & Repub. magistratum inter ceteros propriu adolescentiae praesent. Qui tanquam, ut ita loquar, episcopus exploratores quotidie tam nocte, quam die per totam mittat urbem, singulos singulorum adolescentum mores, verba, gestus obseruatores, singulaq; eorum tum facta, tum dicta ad magistratum uelut ad patrem fideli ter delaturos. Nec tamen necessaria adolescentiae diligentia soli ex omnibus Platoni fuit cura. qua quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potuit non summo perè comprobare. Sed ad dialogum veniamus. Lysimachus & Melesias de filijs cogitant educandis, de suis conquesti parentibus, quod publica curiosius pertractantes, domestica filiosq; neglexerint, cum tamen prima reip. cura in curanda iuuentute consistat: & quamuis iam senes, tamen ut rectius ea de re deliberent. Niciæ Lachetèq; etiam senes quibus & filij sunt, ad consultandum similiter conuocant, ac ne quid minus prospectum sit, Socratem consilio adhibent, non modò socium, sed & indicem, Socratem inquam nihil aliud in omni eius vita tractantem, quam tum de omni etate, tum maxime de adolescentia rite curanda. Tu vero considerabis interea miras Socraticæ vitæ laudes, item veras esse laudes quæ à viro laude digno proficiuntur. At verò quoniam in alijs ciuitatibus institutio legum ad mansuetudinem magis declinat quam ad audaciam, in alijs vero contra, Plato vtrumq; arbitratus periculosum, & mansuetudinem audacia, & vicissim audaciam mansuetudini iubet in Politico pariter consuevi. Siquis verò Charmidem Lacheti coniunxerit, exhortationemq; tum ibi ad temperantiam, tum hic ad fortitudinem inuicem copulauerit, adolescentum animos rite contemperabit. Mitto quod in hac praesentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Nicias, quam Laches militarem fortitudinem vitra, quam deceat, admirantur, & Nicias praeter armorum ludos, quasi ad militiam praeludia summo perè necessaria, laudibus supra modum extollit. Sed hunc non iniuria Laches emendat. Post haec sententia transfertur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiam delectare magis, quam quæ in sapiente fit ex ipsa animi sermonisq; concordia. Atq; contra nullam dissonantiam magis offendere, quam vbi lingua mensq; dissonant. Deinde hominem perditum, etiam si bellè loquatur, audiendum non esse. Neq; licere de moribus loqui nisi morato. Præterea Socratem semper consueuisse de quacumq; re disputaretur, disputationis socium eò perducere, ut totius vitæ suæ redderet rationem: quasi aliena frustra cognoscas, nisi te ipsum noris. Additur necesse in primis esse se ipsum alicui examinanti subicere, cui sepe rationes antea vitæ reddantur. Quod quidem confessionem annuam à Christianis institutam valde confirmat. Additur & tandiu discendum, quandiu viuendum. Socrates autem omnium cautissimus iudicium sibi inuenitum ait traducendum in Seniores. Sed interea obsecratus à cunctis rem ipsam aggreditur, ante omnia quidem diligentiam in filijs educandis probans, improbanq; negligentiam. Adiungit non posse fieri ut quis ad fortitudinem aliquem adhortetur, nisi sciat quid ipsa fortitudo sit, exprimere. Mox interrogatus Laches quid fortitudo sit, confidentius respondet, esse virtutem per quam quis non deserens or-